



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 85. Titulus V. De hæreticis sedulo vitandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Canon II. *Omnia Biblia sacra, & quivis alii libri de fide, & Religione ver-
nacula lingua scripti respuantur, nisi quos
Ecclesie Catholicae, & Ordinarii aucto-
ritas probaverit.*

æcul XVI.
A.C. 1584.

Canon III. *Non liceat cuiquam ver-
ba, & sententias sacrae Scripturae ad scur-
rilia, fabulosa, vana, adulationes, de-
tractiones, superstitiones, & diabolicas in-
cantationes, divinationes, sortes, libellos
famosos, & alias ejusmodi impietates usur-
pare: qui in eo peccaverit, ab Episcopis
legitimis pœnis coerceatur.*

Canon IV. *Sit index librorum pro-
hibitorum apud Scribam, & actuarium
cujuscunque Episcopatus, qui singulis an-
nis exhibeatur Bibliopolis, & Typographis,
ne per errorem improbatos libros dissemi-
nent, neve populus Catholicae Religionis
addictus per ignorantiam libros prohibitos
retineat.*

§. LXXXV.

*Titulus V. De hæreticis sedulo
vitandis.*

Quintus titulus differit de sollicitu-
dine, qua hæretici sunt vitandi, hancque in rem in primo Canone hor-
tatur hæc Synodus omnes fideles in Chri-
sto, præsertim Ecclesiasticos, ut consuetudo
hæreticorum devitent, connubia quæque
Hist. Eccles. Tom. L. L. com-

Sæcul. XVI. *commercia, & convivia adversentur, &*
A.C. 1584. *fugiant.*

Canon II. *Hæreticis Ecclesiarum auditus, nisi causa audiendæ prædicationis, non concedatur, neque sepultura Christiana.*

Canon III. *Ad hæreticorum conventicula nemo Catholicus accedat: qui secus fecerit, si clericus, excommunicetur, & deponatur: si laicus, violatæ Religionis reus censeatur.*

§. LXXXVI.

Titulus VI. De invocatione Sanctorum, & diebus festis.

Septem Canones sextus titulus de invocatione Sanctorum, festisque diebus exhibet, & quidem Canon I. ita incipit: *Colantur sancti, & dies festi Sanctorum piis orationibus, psalmis, & hymnis, & frequenti Missæ, & solemnis officii celebratione, & verbi Dei prædicatione.*

Canon II. *Doceant prædicatores verum cultum Sanctorum tanquam Servorum Dei, qui tamen jam æterna beatitudine fruuntur, pro mortalibus orant, & precibus suis populi votis apud Deum favent.*

Canon III. *Concionatores abhorreant aniles fabulas, & quæ potius profana, quam Dei Sanctis convenientia, quæque infirmis offendiculo esse possint, nec quidquam pro historia Sanctorum proferant in medium, nisi quod ab Ecclesia Catholica receptum*